

Sigeboto stammenden, aber des Zusammenhanges wegen hier mit angeführten Stellen. Die betreffenden Abschnitte der Chronik des Nicolaus von Siegen habe ich nach der in Weimar befindlichen Handschrift neu verglichen; einzelne Worte, welche in Folge davon von dem Texte Wegeles abweichen, sind gesperrt gedruckt, die meisten Abweichungen habe ich, da sie oft unbedeutender Art sind, nicht ausdrücklich angegeben. Die in :: eingeschlossenen Worte sind in der Handschrift mit dicken grossen Zügen geschrieben und dienen gleichsam als Ueberschriften.

Die Reste von Sigebotos Vita Paulinae.

Vita Wernheri ep. Merseburgensis ed. Wilmans, Mon. Germ. SS. XII, p. 245:

[1. Temporibus Heinrici IV. imperatoris erat Wernherus Marsinopoli pontifex, qui suo tempore quasi coeleste sydus totam illustravit ecclesiam, vir excellentis in Deum meriti et sui vigilantissimus executor officii. Hic igitur illustrissimis ortus natalibus gentis Thuringorum, quidquid ex parentibus vel retro majorum generosa linea ad se deducta suscepit, nec moribus nec actibus perversis obscuravit; set omni generi praecedentis vel subsequentis prosapiae suae, sicut meritorum eius effectus probavit, quendam ut ita dixerim radium virtutis suae ac probitatis adjecit.]

Frater ejus Moricho nomine primum quidem in curia Ekkehardi marchionis, dein in primaevae pubertatis flore in curia Heinrici IV. imperatoris enutritus, multam fiduciam, multam familiaritatis gratiam, utpote liber et splendidae administrationis homo, apud imperatorem obtinuit et ab ipso plurima beneficia exequendo quae justa sunt accepit. Erat enim optimus moribus, justitiae tenax, providus consilio, fidus auxilio, liberalis admodum et integerrimae famae, civilis in moribus, florentis adhuc aetatis, regalis mensae dapifer¹⁾ cunctis in ministerialibus acceptissimus. Hic namque Moricho regis et regalis munificenciae²⁾ piissimam duxit uxorem Uodam nomine, in qua dignitas nobilitatis cum morum disciplina, divitiarum gloria cum forma speciosa concordabant, cujusque genus et aetas libertasque cum marito fere concordabant. Ambo igitur matrimoniali fide conjugali societate conjuncti, quae cesaris erant cesari et quae Dei Deo reddebant, sic rotatum instabile percurrentes temporalium, ut memoriae non excederet quod haberent in expectatione futurorum. Praedicta itaque Uoda, licet nexu conjugali vel curis domesticis

1) Vgl. die deutsche Lebensbeschreibung und Jovius.

2) Watten-

bach: 'regis et regine munificencia'.